



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. ix. De desiderio quod suit ei datum sciendi quæ esset via crucis. Et qualiter fuit ei monstratus modus quo ad eam posset peruenire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

26 Decimum ca. x. passus

stitatem : & non offendere cum  
cum aliquo membrorum meo-  
rum: accusando de præteritis mea  
membra sigillatim Et rogabam  
eum , quod ipse me faceret istud  
prædictum obseruare : castitatem  
scilicet, & omniū tensuum meo-  
rum custodiam. Quia ex una par-  
te timebam promittere prædicta:  
& ex alia parte ignis prædictus  
me cogebat : & non poteram a-  
liud facere.

Nonum capitulum ix. passus. De de-  
siderio quod fuit ei datum sciendi  
quæ esset via crucis. Et qualiter  
fuit ei monstratus modus quo ad  
eam posset peruenire.

Vera P Ostea dabatur mihi deside-  
via cru- rium querendi , quæ esset via  
cis est spoliare crucis : ut possem stare ad pedem  
sc ipsum crucis : & inuenire refugium : ad  
omnibus. quam refugiunt omnes peccato-  
res. Et fui illuminata , & instru-  
cta , & demonstrata est mihi via  
crucis isto modo? Inspiratum est  
enim mihi quod si ego volebam  
ire ad crucem : quod ego spolia-

rem me:vt essem magis leuis, &  
libera , & sic irem ad crucem : sci-  
licet quod parcerem omnibus,  
qui me offendissent , & quod spo-  
liarem me de omnibus terrenis,  
& de omnibus hominibus, & fœ-  
minis , & de omnibus amicis &  
parentibus , & aliis omnibus , &  
de possessione mea, & de me ipsa,  
& cor meum darem Christo , qui  
tanta bona prædicta mihi fecerat,  
& irem per viam spinosam , viam  
scilicet tribulationis. Et tunc in-  
cœpi dimittere pannos meliores,  
& vestes, & de cibarijs delicatio-  
ribus , & de pannis capitis simili-  
ter. Sed erat mihi adhuc satis ve-  
recundum, & pœnosum:quia non  
sentiebam adhuc multum de a-  
more Dei, & eram cum viro meo:  
vnde amarum erat mihi , quando  
mihi dicebatur aliqua iniuria, vel  
quando siebat mihi : tamen susti-  
nebam patienter , sicut poteram.  
Factum est autem volente Deo  
quod illo tempore mortua est ma-  
ter mea : quæ erat mihi magnum

B ij

impedimentum in via Dei , & similiter mortuus est vir meus , & omnes filii mei in breui tempore . & quia incœperam viam prædictam , & rogaueram Deum , quod me deūis expediret : magnam consolationam recepi de morte eorū , quamuis eis aliquatenus condolcrem : cogitabam tamen quod deinceps postquam Deus fecerat mihi gratiam prædictam , quod cor meum semper esset in corde Dei , & in voluntate eius , & voluntas Dei , & cor eius in corde meo .

*Decimum capitulum. x. passus. De ref.  
ponsione quæ ei facta fuit cum scire  
veller quid facere posset quo magis  
Deo placeret.*

**D**E C I M O cum quererem à Deo , quid possem facere , per quod ei plus placerem : ipse pro sui pietate apparuit mihi plures dormienti & vigilanti crucifixus in cruce : & dicebat mihi , quod ego respicerem in plagas suas : & mirabili modo ostende-